

dam ceremonias. 58. Disting. inter simplices & pertinaces. 59. Distinctionis  
 hujus Autores. 60. De falsa religione tantum suspectis honesta sepultura haud  
 deneganda. 61. Ecclesiastica sepulturā porrō carere debent qui pereunt in tor-  
 neamentis illicitis. 62. qui occumbunt in duellō. 63. qui solius lucri causa in  
 pugnam cum bestiis descendunt. 64. 65. 66. Aliud dicendum de iis, qui  
 torneamento licto pereunt. 67. Honestā sepulturā quoque carere debent U-  
 surarii. 68. Religiosi vel monachi in articulō mortis inventi cum peculiō. 69.  
 Ratio assignatur. 70. Detrectantes solvere decimas. 71. 72. Omnesque vitam  
 sceleratam & minus honestam ducentes. 73. Qv. an ii etiam qui parentibus  
 manus violentas intulerunt? 74. Exemplum ejusmodi adducitur. 75. Asinina  
 & caninā sepulturā afficiuntur qui in reatu sunt mortui. 77. Ratio allegatur.  
 78. Beneficiū suspecta eod. limitatur. 79. *AUTΟΧΕΙΓΕΣ.* 80. Ratio assignatur.  
 81. quod olim secūs fuit. 82. quando primū turpe habitum fuit mortem sibi  
 consciēcere. 83. Græci quomodo ejusmodi homines sepeliēre. 84. Hodiē quid  
 obtineat. 85. Eadem quandoq; pœna in mortuorum cadaveribus executioni da-  
 tur, quam vivi promeruerant. 86. Exemplum assertur de beneficā. 87. de Quæ-  
 store infideli & latrone. 88. Principis dispensatio quat: hic locum inveniat. 89.  
 Exemplum allegatur de fure. 90. merum imperium se etiam extendit ad cada-  
 vera delinquentium. 91. Vanè carnifex hoc in casu arrogat sibi omnia quæ in  
 loco necis perpetratae gladio attingere potest. 92. semel sepulti exhumari non  
 debent. 93. nisi posteā demūn certò constet de crimine perpetrato. eod. exem-  
 plum allegatur de sacrilegio. 94. Idem olim ap. Athenienses obtinuit. 95. Li-  
 mitatur de autochiris mulieribus castitatis tuendæ gratiā se occidentibus. 96.  
 Contrarium defenditur. 97. 98. 99. Quidam nullā planē sepulturā digni ha-  
 bentur. 100. quod Naturæ & juri videtur contrarium. 101. Hodiē suspensorum  
 & rotā punitorum cadavera inseulta relinquuntur. 102. Nec de jure Civ. se-  
 pultura semper admittitur. 103. Jus Canon. & divinum quomodo hoc in casu  
 intelligendum. 104. 105. justè denegatur quibusdam sepultura. 106. Sepultu-  
 ræ denegatio non tam sit in pœnam, quam in exemplum. 107. Ampliantur di-  
 eta de suspensis. 108. Consuetudo hæc cadavera suspensorum in patibulo reli-  
 quendi antiquissima est. 109. probatur ex Scripturā S. 110. ex veteri Rom. hi-  
 storiā. 111. 112. 113. 114. ad crucem Christi quare centurio cum cohorte permane-  
 rit. 115. Ex indulgentiā Pilati Christi corpus ad sepulturam concessum. 116.  
 Hæc pœna non erga quodvis leve delictum omittentem exercenda. 117. ad  
 quæ crimina olim hæc pœna extensa. 118. ad quæ hodiē. 119. Alii delinquentes  
 & olim & hodiē sepulturā donantur. 120. 121. Illos, qui comburuntur, pœna fu-  
 nerat. 122. Qv. de monstis an sepeliri debeant? 123. usque ad fin.

**D**E personis, quæ sepulturā, & quali dignæ vel indignæ sunt, &  
 nunc nobis dispiciendum est: Quā in re regulam nobis  
 præscribit generalem *Ordinatio Eccles.* Serenissimi Electoris  
 Saxon. omnes in differenter mortuos honestè sepeliri mandans art. gen.